Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dns: talis utq; uenturus est ad iudicii. Quo in loco
queri potest si dns ad generale resurrectionem cum tanta
claritate uenturus est. quare non in eadem claritate
post suam resurrectionem apparuit discipulis. Ad quod
dicendum est. ideo post suam resurrectionem claritatem
sui uultus discipulis abscondisse. ut eum sufferre
quiuissent. uel cognoscere. Qd si non fecisset. mortalium
oculi eum uidere non possent. Si enim cum adhuc mortale
corpus gestaret ferre non potuerunt claritatem uultus
eius. quanto minus hoc possent si post suam resurrec
tionem ipse non ut sol. sed septemplicitter sole fulgente
suam manifestare claritatem. Quid autem ista de dno
dicimus. cum etiam nos miseri atq; mortales claritatem
sanctarum animarum cum sole fulgentium sustinere non
ualemus. Porro qd dicit sol siue luna maiorem lumi
nis claritatem [illegible] habere. post diem iudicii. utq;
ad lapsum & reparationem primi hominis pertinet. Post
quam homo di mandatum transgrediendo peccauit te
nebras incurrit. & idcirco etiam ipse sol qui ad obsequi
um hominis fuerat conditus. claritatem sui luminis
ex maxima parte perdidit. Sed cum reparatus fuerit
homo atq; post generalem resurrectionem renouatus.
tunc & ipse sol renouabitur. & septemplicitter. id est
multociens lucebit quam modo. Vnde etiam nec postea
occasum patiet. sicut ysidorus testatur. ne impii
claritate luminis eius perfruantur. Aliter. Sol habet
ortum & occasum. ideoq; congrue comparatur. xpo.
qui habuit ortum nascendo temporaliter ex matre.
& occasum per mortem. Porro facies illius. manifestata